



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

IV. De monachis & regularibus proprietatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

III.

Item a festo Martini ab omnibus religiosis usque ad nativitatem Domini jejunium obseruetur: & a quinquagesima eisdem præcipimus jejunium in cibis quadragesimalibus inchoare: saluis omnibus jejuniis aliis a suorum regulis institutis.

IV.

Item statuimus, ut monachi vel regulares, nisi a notitia præsentium infra dies quindecim, vel ante ad manus suorum offerant prælatorum, usque ad restitutionem debitam ab officio sint suspensi; & nihilo minus, si manifesta sit proprietas, carcerali custodiæ mancipentur.

V.

Item ut habitus debitus vnicuique religiosos & religiosas distinguat a sacerdotalibus, a quibus debent esse vita & moribus separati; volumus etiam ut quilibet religiosi & religiosæ, tam monachi, quam extra monasteria, ueste suæ religionis utantur, & uestes sacerdotalibus nullatenus assumere præsumant.

VI.

Item inhonestos & indecentes religiosorum discursus amputare volentes, determinamus ut quicumque prælatus monachum fugitiuum vel exectum ad admonitionem episcopi, rectorum vel visitatorum ordinis non receperit, extunc sit a temporalium administratione suspensus, donec recipiat monachum vagabundum. Ut inquietos & inobedientes coercere possint per poenas in sua regula constitutas, & mancipare carceribus penitus incorrigibiliter obstinatos, ubi magis visum